

De p̄flio apud rivum Sanguinarium cōmisso.

Tempore, quo comites Bagnacaballi, Donigaliæ atque Cunii nullum Faventium permittebant negotiari per planum [a]; nisi eis ex xenias ~~c~~^{certa} annis [b] darent singulis, Faventini, ut ceteræ gentes libertate uti volentes, illorum jugum a cervicibus suis, si quando poterant, excutere conabantur. Sub anno itaque ab incarnatione Domini MCXXXVIII, Faventini cum Bononiensibus maximam partem segetum et vicinorum ~~Y~~ molde atque predictorum locorum, in mense Iulij [c], devastarunt hostiliter. Cum autem die quidam Bononiensibus ad patriam redeuntibus, Faventini domum reverterentur et jam essent in Cereto [d] (55), viderunt Ravennates et omnes de comitatu ad iter impediendum paratos. Post illos festinabant ~~Y~~ molenses, sanguinem civium super omnia sufficiens [e]. Armatis itaque Faventinis, et sub certis reglati vexillis, dixerunt duces omnibus: « Licet, fratres, fatigati sumus hodie labore, festu atque jejunio ferat « enim hora quasi sexta pugnemus tamen contra eos, quos patres nostri prostraverunt « spesissime. Non est enim, ut videtis, declinare ab eis ad dextram neque ad sinistram, sed per medium illorum nobis restat iter. Nec terreantur aliqui [f], quod « hostes videntur ~~h~~ quamplurimi. Facile est enim multos in manu concludi pancerum, nec in fortitudine exercitus, sed a Domino coeli ~~i~~ uictoria ministratur alii « cui ». Et his dictis, omnes pro posse clamantes, in Ravennates insilierunt subito ~~j~~: et cum diu ~~nisi~~ stofissent ~~k~~ molenses, cum sui comitatus militibus, nostros a tergo percuterunt; quorum ictus optime sustinent, qui prius ad hoc electi fuerant, et paucimilites Bononienses, qui, auditio de bello ~~l~~ et viso Faventinorum nuncio ~~m~~, nostris succurrerunt quam cilius; ceteris aure surda audientibus ~~n~~ verbum ~~o~~. Omnes itaque viri bella gerunt; ingens clamor ad sidera tollitur, res gladiis geritur; gladiantes ubique, viri ~~p~~ et equi caeduntur, ac perirent plurimi. Iam Faventini circa horam vespertinam locum ceteris emineniorem super quemdam rivum occupant, et Deo jubente, cives et hostes libenter quiescent. Utrique partium ~~q~~ suos colligere mortuos altera permittitur. Campum, a caede nimia, vocant dolentem; rivum, a nimio sanguine ~~r~~, luso

[a] per planum; idest, per li paesi bassi della Romagna. — [b] enxenias c. in annis. Sic Cod. M. — [c] in mense maii. Sic C. M.; in C. V. in mense iunii. — [d] jam essent in Cereto. Sic Codd. — [e] super omnia sitientes, C. V. In C. M., scipientes. — [f] et sub certis redactis. Sic legendum; sed in C. M., red-datis. — [g] Nec terreantur aliqui. Sic lego cum C. A. et cl. Mitt. In C. V., nec teneantur aliqui. — [h] quod hostes videntur. Sic legit cl. Mitt. In C. V., pro quod, est quia, et pro videntur, ut habet C. M., est videantur. — [i] sed a Domino Caeli. Sic lego, et sic habet C. V.; sed a Deo Caeli legit cl. Mitt. — [j] insiliverunt. In C. M. insiluerunt — [k] contra stetissent, C. V.; cl. vero Mitt. legit: commisissent; sed tunc supple: praeium. — [l] qui auditio de bello, C. M. In C. V., qui auditio dicto bello. — [m] et viso Faventinorum nuncio. Sic legit cl. Mitt., scilicet noncio, ut habere videtur C. M. In C. V., negotio, pro nuncio, est. — [n] ceteris aure surda audientibus. Sic cum Cl. Mitt. legendum. In C. V., ceteris autem frustra audientibus. — [o] audientibus verbum, Codd. V. et A.; et sic legendam in C. M. notulam ubi puto; non urbium. — [p] gladiantes ubique viri. Sic ex C. V. In C. A., gladiis res cum ubique viri, et equi caeduntur. Similia habere videtur C. M.; sed locus derosus, ut nequiverit legi ne a cl. Mitt. quidem; quare ipse lacunam reliquit. Attamen, pro gladiantes, legit gladius, et pro ubique, legit ubi. — [q] utriusque partium, C. M. In C. V., utrinque, et pro colligere, colligunt. — [r] a nimio sanguine, C. M. In C. A., a fuso sanguine.